

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

In garrulum & gulosum. Embelma XCVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](#)

Iudic proverbo dicitur: *Decipula murem cepit. Quasi dicatur, Lupus insoueam in-*  
*cidit, aut aper in casse. Vide etiam adagium, *Mus picem gustans.**

## In garrulum &amp; gulosum.

## EMBLEMA XCVI.



**V**OCE boat torua, pralargo est gutture, rostrum  
 Instar habet nasi, multiforisq; tubæ.  
 Deformem rabulam, addictum ventriq; gulæq;  
 Signabit, volucer cum Truo pictus erit.

## COMMENTARI.

L **P**INGITVR truo, avis aquatica, qua-  
 lias etiā Onocrotalus dicitur ab aſinū  
 no crepitaculi ſono, quam ſupra Embl. 91.  
 d. ſcripſimus. Forte truo hic eſt, qui paſ-  
 ſim inuenitur apud Indos Mexicanos, di-  
 citurq; Alcatraz, anfēzis magnitudine, pi-  
 ſcibus vicitans, roſtro duarum ſpithamari-  
 rum, cuius tantum inferiorem partem mo-  
 uet. Habet ingluicem à roſtro ad pectus,

in qua piſciū decem libras ingerit, & a-  
 quæ vrnam. Reddit facile quæ ingurgita-  
 ur. Quidam aliquando p̄e grauedine ce-  
 cidiit, & captus eſt, deglutiuerat enim pa-  
 uulim puerum Æthiopem.

VIDETVR id tractum ex Clementis  
 Alexandrini 2 Padagogi cap. 1. cuius haec  
 verba: τὸν νεῦτηγατορέας τὴν ποιαία  
 τῷ ἵχνῳ τῷ καλεμίνῳ έιρητά μάλιστα  
 ζε 2 οὐκοδός.

II.

Alca-  
traz.

*Truo.* Qui *animum* in alio defodit, pisci  
qui *afellus* dicitur, maximè similis. Hunc  
ex pisium genere solum habere cor in vē  
tre, & r̄ yaspi. Athengus ex Aristotele tra  
dit, quamobrem vocatur ab Epicharmo  
*larynx apes*, propter monstrificam  
ventris naturam. Cato un *Onocrotalus*,  
qui & *Truo* dicitur, guttus est amplissi  
mi, & vocis clamosissima, ita ut ruditum  
asini dicas, & nasum habere instar tuba. A  
vasta illa ingluie Germanus dicitur *Krof  
gans*. à latitudine verò rostri *Loeffelgans*.  
Austriaci ob absurdam & monstroram à  
reliquo genere autū speciem vocant *Obn  
ogel*, quasi sine pari.

**III.  
Boare.**

*VOCÈ boar.*] Translatio à bobus, quo  
rum est boare. Prisci etiam dicebant Bo  
re, vt est apud Pacuvium in Med. Et Bo  
uare, sed Boare vñstius, quod à Græco  
*Boar*, clamo, deridatum videtur.

*Torus.*] ut *tacopæ* ab aspectu ad vocem.  
Hanc autem vocem edere propriè est *λε  
ζειν*. *λαρυγγιζειν*, vt est in prouerbio; hoc est, nō  
natural modo, sed dilatato gutture effun  
dere immanem vocem. Quod vitij Demos  
thenes obiecit Åschini.

*Instar habet nasi.*] Festus ad hunc: mo  
dum: *Truo*, aut *onocrotalus*, *Cæcilius* ir  
ridens magnitudinem nasi: Pro dij immor  
tales, vnde proterpè *truo*: Germ. *Ein Na  
senKoenig*.

*Multiforing; tubæ.*] Hoc epitheton ma  
lim tibijs quam tubæ adiungere, ratione  
obvia.

**Rabula,**

*Rabulan.*] Tametsi simpliciter pro ca  
farum patrone exponat Nonius, Rabula  
tamē propriè est is, qui nimia verbosita  
te, & rabie quadam in agendis patrocinijs  
viens, agres radie atq; percilleit. Vnde ei  
nomen à radēis auribus, vel à rabie, vel à  
raui, id est, raucitate. Raua vox, rauca, in  
quit Festus, parumq; liquidata proximè ca  
num latratur sonans: vnde & causidicus  
pugnaciter loquens, tabula. Galli vernacula  
lingua, nūquam nī contumeliosè Chi  
canos appellant rabulas, fortè à verbo Græ  
co *τίχνης*, corripere, offēdere, iniumentum  
aliquid comparare ad decipiendum. Ma  
lim tamè à voce *σκαροι*. Siculorum enim  
gens querula, & controuerfa natura. Ger  
mani quoq; non ineptè vocant *Zwagedre  
scher*. Et inter hos Brisgoi, *Plappartflecher*.

*Addictum ventrig; gulæq;.*] Is vñco ver  
bo *γλωσσογλα*, vel *γλωσσωσω* appell

latur à Iulio Polluce *Onomastic.* 2.

**ACCOMODATVR** in quoddā  
rabulas forenes, & (vt Aristotelis verbo v̄  
tai) *γλωσσωσω*; qui incondito suo cla  
more, importunaq; garrulitate celo mate *lus* quid  
conturbare apud quoddam videntur, cum referat.

namē importuna tua loquacitate dent sine  
meat fouum; quippe qui omnia referant  
ad ingluem: quibus deniq; vt (dictio  
vulgato notatur) omnia sunt lingua &  
podex. Id genus homines, quod in dieēdo  
nemini cedere videantur, ab imperita mul  
titudine plurimi sunt, quos tamē probi  
vitæ docti; fastidunt. Vnde Cicero de O  
ratore: Non enim declamatorem aliquem  
de lucto, aut rabulam de furo, sed doctissi  
mum & perfectissimum quatinus orato  
rem. Idem Cicero eodem libro 1. de Ora  
tore: Quasirabole, qui sibi diserti noui  
videntur, nisi quinque tumultu & vociferatio  
ne conculerint. Idem Cicero ibidem: Non  
enim causidici nescio quem, neq; procla  
matorem, aut rabulā hoc sermone nostro  
conquistimus. Inter hos qui clamofissimus  
est putatur alios iudicio & doctrina ante  
statere, dum causam, quam defendit, à iudi  
ce contendit extorquere. Hinc non imme  
rito scilicet experuntur verborum fla  
gella. Rabulam cum Ammianus appellat *Rabula*  
litium consarcinatorem, Cato vitilitigato  
rū agno  
rem, Sallustius caninę facundię exercitum, mina  
luris conf. litium concinnatorem, l. 9. ff. de  
off. procons. Apuleio est hirudo forensis,  
*γλωσσωσω* Aristophani, nō p̄tis. Euripi  
di, quod lingua corū ceu mucro penetrerit.  
alijs, vt Comicus *δικολιπτης*, p̄ia *δικια*,  
*οὐαλίτης*, p̄ia *τοπερτερνθρα*, æruscator,  
sycophanta, & Demothen. *τερπιμημα*  
*τῆς αγορᾶς*, Julio Polluci *δικόπαιος*, si  
enim ille genus hoc hominum describit:  
*δικέπαος*, *δικύραφος*, *λιγωτὴ χεῖ*  
*πατος*, undi p̄pua proīcta ēπτῶ, μιδὲ  
θεργόμενος, *τρόπος* *χάρις* *λιγωτὴ*, *τερπε* nō do  
vñ *δικηγορῶν* id est, Calumniator, litium  
conceptor, litium consutor, pecunia causa  
loquens, nullum verbum gratis proferens,  
pro mercede verba faciens, ad gratiam di  
cens, ad voluptatem conciones habens. Se  
neca in ludo Claudijs eis appellat Venale  
genas. Et Apuleius lib. 10. Capita vilissima  
dicit, forenia pecora, & togatos vultures.  
Et de his Plautus Persa:

*Etiā si nihil est litium, lites ferunt.*  
*Huc etiam facere videtur illud quod Di  
mus*

nus Hieronymus ait, eos hincibus & leonibus crudeliores, qui ore rabido deuocet. Quin & castus scriptor, Columella, p̄fatione librorū de re rustica: Olim, ait, si ne rabulis beatas fuisse vrbes: sed maximo quodam malo, contra maiorum morem repertum ac cōcessum in ipso foro lato-cinium. Plinius Secund.lib.2. epist.3. Nos qui in foro veris litib. ac iurij quotidie terimus, multum malitiae, quamquam noſten tes addiscimus. Symmachus de Iuliano familiari suo lib.1. epist.37. Scis in illo foro puluere quāna rara sit copia, cognitione fan-di oris, & boni pectoris, dum aut modestū ingenium verecundia contrahat, aut succelus eloquēs insolecat. Laetius Anachar fide, διόποτε ἐν τούτῳ οὐ πούλων τόπον εἰς τὸ δηλαντές αἴταν· σοὶ αἰεταῖς δεῖνατον locum ad innicem fallendum. Egregie Constantinus magnus, qui litium circuitus amputauit, in Cod. de formul. & impetr. subflat, cuius legis videtur meminiſſe Nazarius panegyrico: Nomine leges, ait, ingrediens virtutibus, & vitijs fugiendis constituta, veterum caliginosæ ambages reficiſſe, cupide simplicitatis laqueos praeſiderunt? Sed celso, ne in me ipsum rābulas concitem.

## Doctorum agnomina.

## EMBLEMA XCVII.



**M**ORIS vetusti est, aliqua professoribus  
Super adiici cognomina.  
Faciles aperiosq; explicans tanium locos,  
Canon vocatur Curtius.

Cc 3

Renob.